N 72

Stanislaus de Dąbrowica Firley Lublinen. Christophorus Lanckoronski de Brzezie Radomien. Albrachtus à Stamtęka Stamteski Zarnovien. Castellani, Joannes de Olesnica Olesnicki Succamerarius terrae Sandomirien. Generalis, Daniel Iżycki Lublinen. Stanislaus à Bomaszowice Bomaszowski Wroblica Lublovien. Terrestres Judices, Adamus à Jarosz Zaproski Stezycen. Nicolaus a Stoiszyn Stoinski Lubline. Gaspar Rykalski Czernen. Terrestres Notary, Valentinus Bogatko Vicecapitaneus Castren. Czernen. In absentia vero Succamerary Generalis eius locumtenentes, Joannes Bieniecki de Jarosławice Radomien. Joannes Ostrowski Stezycen. Granicrales Camerary, Commißary ad infrascriptum negotium dislimitationis a S. R. M.te dati et specialiter deputati.

Vobis Nobilibus Stanislao olim Alberti Filiastro, Abrahamo, Joanni, Nicolao, Stanislao, Martino, Martini, Joanni, Andreae, Francisco, Bartholomaei filiis Korycki, tum alys omnibus in vniversum bonorum Stuszec Haeredibus et quovis modo poßessoribus, quorum hic nomina et cognomina pro expreßis censeri debent, de bonis prius ombus innotescimus oblatas eße litteras nobis Commißionis Sacrae ac Serenißimae M.tis Regiae Quibus eadem S. R. M. Nobis committere dignata est, vt communicato inter nos consilio captatoque et electo ad id certo die et competenti tempore vocatisque ad hanc Commißionem litteris innotescentiis n.ris partibus quibus interest ad bona villarum Zalesie Swięcica seu Wola Klasztorna et Nagornik, tum etiam bona ~~Kępice Brzeczowski ac alia eo pertinentia Per Ill.ris et R.dum D.ni Stephani~~ a Rzeczyca Wyzga Secretary Regni Maioris Abbatiae Sieciechowien. Administratoris perpetui, vnique Venerabilis Conventus Monastery eiusdem Sieciechowien. Actoris hereditaria ab vna, bonaque villarum Łąki et Zaiezierze aliaque eo pertinentia tum etiam Oppidum Stezyca partibus ab altera ad Capitaneatum Stezycen. pertinentia locumque differentiarum conveniremus et descenderemus, vtrique partium propositionibus controversys et probationibus bene exauditis et intellectis, receptoque senum hominum fide dignorum sufficienti testimonio mediante ipsorum si opus fuerit corporali iuramento, ad rei ipsa oculis subiecta positioneque illius ac veritate plene cognita et perspecta bona suprascripta omnia cum suis attinentiis nulli partium favendo, sed solum Deum et iustitiam eius prae oculis habendo, ab inuicem distinguerremus, dislimitaremus et scopulis ac signis metalibus circa talia fieri solitis consignaremus alias litteris Commißionis praefatae de praemißis latius disponentibus. Quibus quidem litteris S. R. M.tis Nos cum ea qua par est reuerentia susceptis eidemque parere et Commißionem praefatam ad debitum et finalem effectum deducere volentes Regia et N.ra qua in hac parte fungimur Commißoriali authoritate Vobis mandamus vt coram Nobis in campo et loco differentiarum inter bona villarum Zalesie Swięcica seu Wola Klasztorna et Nagornik ad Abbatiam et Conventum Sieciechowien. pertinentia ab vna, bonaque villarum Łąki et Zaiezierze ad Capitaneatum Stezycen. pertinentia ab altera partibus tum etiam inter bona villarum

Repice Przecoczenski atque Oppidi Seciechow aliaque eo pertinentia ab una Conventus Seciechovien. Haereditaria atque Oppidi Stezyca aliaque eo pertinentia Capitaneatus Stezycen. ab altera partibus seu ubi per partem eandem Actoream locati et constituti fuerimus Feria quinta post Festum S. Martini Pontificis proxime ventura proxima vel si hoc negotium eadem die determinari non poterit, extunc aliis subsequentibus diebus ad instantiam suprascripti Rndmi Abbatis suique Venerabilis Conventus Actoris personaliter et peremptorie comparereatis Qui vos coniunctim adultos per se, minorennes vero cum tutorum vestrorum legitimorum assistentia citant ad attentandum per vos ab utraque parietem seu parietes vros quem vos tam scilicet cum bonis suprascriptis villarum Zglecie Swiecica seu Wola Klasztorna et Majornik Conventus suprascripti Haereditariis ab una villarum vero Lak et Zelezerza ac alia eo pertinentia ad Capitaneatum Stezycen. pertinentia quam ex altera parte praefatae Haereditatis vrae cum bonis Seciechow Repice Brzewskich ac aliis eo pertinentibus praefati Conventus Haereditariis ab una atque Stezyca aliisque eo pertinentibus bonis Capitaneatus Stezycen. ab altera partibus habere contenditis contiguum. Ideo ut compareatis parietem unum seu parietes ubi de iure agnoscendi erunt ab utraque agnoscatis, aliaque in talibus fieri et perfici solita attentetis alias contumacia vra non obstante Nos ad ea quae iuris et aequitatis suadebit ratio et in primis ius commune dictaverit contra vos procedemus Terminum sitis attentaturi et responsuri Datum in Curia Oppidi Ciemiernik Residentiae Primi Commissarii Feria quarta post Festum S. Francisci Confess. proxima Anno Dni Millesimo sexcentesimo Quinquagesimo Tertio.





Stanislaus de Dębowiecz [illegible]
Castel. Lublinensis

[illegible]

Adamus de Janow Papowsky
Not. Terr. [illegible]

Daniel Gydzi
Iudex T. Lublin.

[illegible]

Anno 1653

Feria 4ta post Festum Sti Francisci Confessoris

Citatio per Commissa-
rios S. R. Mtis ad attentandas
partes Collaterales circa di-
limitationes Bnorum Kunice Zale-
sie Wola Klasztorna Nagornik.
Przewozy mnii haereditati Siecieka
a Bonis Zrzeczene Lys et Oppido
Stężyca. data et subscripta
~~Anni~~

Rotta authentica Contra Starez Stezyca Collateralo ab oling